



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Josephus-Hermannus. C. 4. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

4. April. VITÆ SANCTORUM. 219
ut qui exciperent, jam olim ad omnes
ungues examinatos, nunc è memoriam
tantum promi autumarent. Itaque Im-
peratoribus etiam gratus, non potuit ta-
men, quin in exilium secundò pellere-
tur. Sed quia causam habebat cum Dño
communem, etiam hīc Poetarum inge-
niosissimum vicit, locoque ac numeri suo
semper restitutus, demum immortali
lauream donandus ad Mecænates suos abi-
vit Superos. Hos omnes, quos quidem
versu laudavit, ad exequias Poëtæ sui
confluxisse, S. Theodorus ab iis ipsis
rediens cuidam ad tumbam suam sup-
plici narravit. Tantum refert, scire quos
laudes. Nunc dum non laudanda in mun-
do laudant Poëtæ, quod pretium ferunt,
nisi ut splendide diu mentientibus mun-
dus splendidius mentiatur, & post mul-
tas fabulas ultima & longissima fabula
ipsimet fiant? Ex Menæis.

*Sicut ignis in lignis viridibus suffoca-
tur, ita sapientia in adolescentiæ tentatio-
nibus & libidine impedita non explicat
suum fulgorem, nisi labore, & studio, &
oratione incentiva juventutis repellantur.
S. Hier. ad Nep.*

S. JOSEPHUS - HERMANNUS. C.
4. Aprilis.

HERMANNUS septem anno-
rum puerulus cœpit inter ultimam
rerum

220 VITÆ SANCTORUM. 4. April.
rerum omnium inopiam Musas , sed præ
Musis impensè M A R I A M colere. Eam
cùm in templi odeo ludentem cum Fi-
liolo & D. Joanne vidisset , dextrâ Virgi-
nis in societatem accitus , homo Superis
collusit : puto ut cælum ostenderet , quis
maximè ludus studiosum adolescentem
deceret. A ludo saxum monstravit Pa-
trona : unde quoties egeret , nummos
promerer. Ita Mecænate cælo usus , si-
mul annum XIII. fuit ingressus , mundo
est egressus , & candidum Præmonstrati
Ordinis hábitum Steinfeldia suscepit;
ratus longum cæli iter adolescentiæ
maturè ineundum esse. Inter religiosæ vitæ
studia tam amor in HERMANNO MA-
RIÆ , quām HERMANNI in MARIA
crevit , ut eum prium amantissimo JO-
SEPHI nomine donaret , tum deinde in
Sponsum deligeret , dotemque in manus
omnes cæli devitias *Filiū* daret. Ægri-
tudinis illius complures suā manu ab-
sterrit. Tristi orem , quòd muniis aliis
distractus precibus vacare non posset ,
monuit , plus apud Superos solicita in
alios studia quām quieta inter preces
suspiria mereri. Quoties genii supplex
MARIAE nomen venerabatur , toties
omnibus perfundi sibi odoribus visus est.
Cælo hiemante litantis manus , ne à
frigore offenderentur , JESUS & MA-
RIA fovebant , duo utique calidissi-
ma sidera. Corpusculum mortui ut su-
pra